N. 1100) translata. Titulos, quos in Hispania reliquit composuit Boissevain de re militari Hispaniarum p. 79. Praeterea Foro Clodii extat titulus quem tribuno militum posuerunt centuriones leg. VI ex Hispania *(XI 3312).*

2251 P. Puticius | P. f. Mae. Niger | mil. leg. VI, | missus. | H. s.[1]

Tarenti (IX 6157 descr. Viola). — 1) *Hic situs.*

2252 T. Ancharenus | T. f. Ser. | dom. Laranda, | mil. leg. VII[1], an. | XLV stip. XXIII, | h. s. e.

2253 Cn. Domiti|us Cn. f. Vel. | Pessinunte, | an. XLIV stip. | XXV, veteran. | ex leg. VII[1], h. s. e., | testamento | fieri iussit.

In Dalmatia prope Trigl rep., ubi fuit Delminium (III 2709 vidit Mommsen). Hi duo tituli dicuntur in eodem lapide extitisse. — 1) *Legionem septimam castra stativa saec. p. Chr. primo habuisse Delminii in Dalmatia tituli compositi a Mommseno III p. 281 ostendunt. Hic, ut et alii non pauci (cf. Mo. l. c.) antiquior esse videtur anno 42, quo anno legio Claudia pia fidelis dici coepta est (Dio 55, 23. 60, 15). Legio septima Macedonica aliquoties memorata (III S. 7586. VI 3658?. X 1711. 4723. 8241) fortasse haec ipsa est (Mo. mon. Anc.² p. 69 not. 4). Ex Dalmatia in Moesiam translata est legio septima Claudia ante a. 68 p. Chr. (Tac. hist. 2, 85 cf. 1, 79).*

2254 Cn. Acilio Relato | mil. leg. VIII[1] | missicio, | Cn. Acilio | Saturnino f., | anno. V, | Caesiae Sp. f.[2] | Proculae f.

Aquileiae rep. a. 1883 (Pais n. 1160 vidit Gregorutti). — 1) *De legione octava cf. infra N. 2264. —* 2) Sp. f. *originem illegitimam significat.*

2255 C. Saufeio | C. f. Fab. Her.[1] | milit. legio. | VIIII[2], | ann. XXXX | stip. XXII, | h. s. e.

Lindi (Lincoln) in Britannia rep. anno 1865 (VII 183 semel vel bis descripta). — 1) *Tribu Fabia, domo Heraclea. —* 2) *Legio nona, dicta Hispana vel etiam Hispaniensis (cf. N. 2321), eadem fortasse non diversa a nona Macedonica (supra N. 928 not. 2), a. p. Chr. 14 fuit in Pannonia (Tac. ann. 1, 23), postea, cum sub Tiberio per aliquod tempus in Africa fuisset (cf. supra N. 940), certe inde ab a. 61 (Tac. a. 14, 32) in Britannia.* Hisp. *cognomine modo caret in titulis Britannicis (ut hic etiam in altero titulo Lindensi VII 184 et in Eburacensi VII 243), modo eo ornatur (VII 241. 244. 1224. Eph. ep. 7, 928).*

2256 M. Volum|nius C. f. Anie. | Crem.[1], miles | leg. X[2], h. s. e.

In Asturia loco dicto Fuente Encalada (II 2631 fortasse non plus semel descripta saec. XVI). — 1) *Tribu Aniensi, domo Cremona. —* 2) *Legio decima Gemina, sub imperatoribus Iuliis Claudiisque in Hispania castra habens.*

2257 T. Cominius | C. f. R[*o*]milia | Ateste, miles | leg. XI[1], anno|rum XL stip. XVI, | h. s. e., frater | fratri posuit. |

Vixsi quad *(sic)* potui sem|per bene pauper honeste, |
[*fr*]audavi nullum: nunc iuvat | [*os*]sa mea.[2]

Kistagne in Dalmatia, ubi fuit Burnum (III 2835 vidit Mommsen). — 1) *Legio undecima una cum septima sub Tiberio et eius successoribus Dalmatiae praesedit, stativa autem habuit Burni in conventu Scardonitano. De aetate huius tituli et eorum qui sequuntur item dicendum quod de N. 2252. 2253; nam etiam undecima legio a. p. Chr. 42 cognomina Claudiae piae fidelis abstulit. Anno 70 translata est*

archive.org